

Etate statuto quo cauetur q̄ vir

Incret tertiam partem dotis vrore premioriente sine filiis si vrorem duxerit ad domum, et cum ea habitauerit, vel ad habitandum ierit cum ea tecum. Queritur anis qui durerit mulierem per verba de presenti eamque traduxit ad dominum sue solite habitationis, et cum ea familiariter habitauerit gaudeat beneficio statuti: predicta coniuge seu sponsa decedente in domo ipsius viri, antequam matrimonium esset carnali copula consummatum.

Consilium.lxxix.

Eterba, maritus et virorum quandoque capiuntur stricte quandoque large, quandoque largissime.

2 Sponsa dicitur quasi promissa.

3 Significatum debet cessare cessante ratione strictissimi significati.

Videntur Primo quod non quod statutum facit mentionem de vrore et viro: sed appellatione viroris et viri quibus intelligunt illi duxerat, quod matrimonium consummaverunt per carnalem copulam ut probatur in c. ex publico. in s. de coniugio. coniugio. tunc enim matrimonium est perfectum quo ad sui essentiali et significatum: ut in c. debitum. et c. nuper de big. facit quod non gl. in c. quapropter. xxvij. q. ii. Quandoque vero intelligunt illi qui contraspergunt per verba de presenti duxerat contra carnalis copulam: ut probatur in l. cum fuerit. ff. de condi. et demonstra. et l. iij. ff. de dona. inter vi. et viro. iuncta gl. in verbo, concubine. et insti. de nup. s. nuptias. et ibi bona glo. probatur etiam per multa iura canonica, quibus cauetur quod solus cōsensus de presenti facit matrimonium quoad sui essentiali: et possunt illi dici maritus et viror: ut in c. si. de sponsa duo. et xxvij. q. ii. sufficiat. et in c. cum iniciatur. cum multis terminis ibi sequentibus. probat etiam diffinitio matrimonij: que habetur et declaratur per gloss. ea. causa. et q. in p̄in. et insti. de nup. in p̄in. ybi bonis ter. cum gl. facit etiam c. unicum. de voto. lib. vi. Quandoque vero verificantur illa verba maritus et virorum in sponsis de futuro duxerat ex quadam benigna interpretatione: ut est ter. no. in l. non sine. C. de bonis que libe. **C**eteris quibus potest inferri quod hec verba maritus et virorum quandoque capiuntur stricte, et significantur illi qui matrimonium consummaverunt. Quandoque large et notantur illi qui matrimonium per verba de presenti duxerat contrapergerunt. Quandoque largissime, et comprehenduntur sponsus et sponsa per verba de futuro. Cum ergo in casu nostro sumus in materia penali cum statutum diminuat patrimonium mulieris. l. iij. ff. de dā. in fe. no. Yo. an. in c. si. de cœc. lib. vij. item est odiosum quatenus deniat a dispositione iuris secundum quam nihil lucrat maritus mortua vrore: ut in c. i. et c. nuper. de dona. inter vi. et viro. et de dote post. di. resti. et de rei vro. ac. l. viii. s. cum autem in eractione. debet verba strictissime interpretari ut quam minus fieri possit, recedatur a iure coi et alter ledatur: ut in c. i. et c. ii. de fil. presby. lib. vij. et l. si. preses. et l. interpretatione. ff. de penis. et l. iij. s. hec autem verba. et quod ibi no. ff. de neg. gest. et c. cum dilectus. de cōsue. regula odia. et regula. in penis. de regu. iur. lib. vij. cum multis similibus. Intellegatur ergo materia nostra in strictiori significatori: sic intelligatur de illis qui matrimonium consummaverunt. **S**ed his non obstantibus contrarium arbitror in casu nostro de iure preualere: ut scilicet dictus vir, qui contrarit per verba de presenti, et ea traduxit in domum suam: et cum ea familiarily habitauerit, gau leat beneficio statuti pallegato. **N**oueoz primo quia ad hanc interpretationem facienda verba statuti non resistunt: immo omnino suadent. Requirunt enim dicti statuti verba, tria. **P**rimo quod sit vir: secundo quod sit ducta ad domum viri: tertio quod cum ea habitauerit vel ad habitandum cum ea iuerit, que quidem verificate proorsus fuerint, in casu nostro. **P**rimi est vir est ex quo cum illa contrarit matrimonium per verba de presenti: licet illa non cognoverit: ut in iuribus superius allegatis. et iste potest dici vir istius mulieris: ut etiam probatur in euangelio, genuit Joseph virum Mariam: et alibi Angelus. Noli timere Joseph, accipere Mariam conjugem tuam tecum: quod verba transsumptive habentur in c. Joseph. et c. priusq. xxvij. q. ii. ybi aperte deciditur quod ex quo intervenit consensus de presenti maxime secuta communione habitatione possunt dici maritus et vir: seu vir et coniugis: sicut in coniugio, quod verum fuit inter beatam Mariam et Joseph; licet nunquam interuenit carnalis copula ut

Consiliorum Panormi.

ibi. et in. c. oē ita q̄. ea. causa. et q. hoc apertissime fuit de mente huius statuti in quo appellatur vxor anteq̄ sit ducta; et sic ante securam carnalem copulam. ar. in. e. institutū. ea. causa. et q. non enim potest dici sponsa ex quo interuenit consensus de presenti. ¶ Quia spōsa dicitur quasi promissa. dicuntur em̄ sponsalia a spondeo spondes qd̄ idem est qd̄ promissio promittis: vt legif et not. in. c. nostrates. xxxv. q. v. et super rubrica de sponsa. sed ex quo contractum est matrimonium nō potest dici: pmissa sed coniugata et vxor. d. l. nō sine. C. de bonis que liberis. et d. c. sufficiat. csi alij iuribus superius allegatis. Sed ista mulier fuit ducta ad dominum. Tertio habitauit cū viro suo: lz nō fuerit cognita carnaliter. mag ad significatū huius verbi cohabitauerit non requiri carnalis copula. sed consortium cōis habitaculi: vt probatur expresse in materia nostra in. d. l. priusq̄. xxvij. q. ii. Ex quo ergo verba hāc interpretationē sponte nec cōstat de cōtraria intentione statuentū non est a verbis recedendū. l. non aliter. ff. de leg. tertio. et sufficit ita scriptum esse. l. prosperit. ff. qui et a qui. et c. scriptū est. vi. q. iij. quinimo. si volumus cōiecturare ratione et intentem statuentū. nō deuiabit a suprascripta interpretatione. sed potius illā corroborabit: licet enī in dicto statuto non sit expressa aliqua ratio: tamen licitū est cōiecturare rationem naturalē que potuit mouere statuentes. et scdm illā conjecturā possumus et debemus statutū extādere vel restringere. vt not. Bal. in. l. maximū vitiū. C. de libe. prete. et in. l. scire oportet. ff. de excu. tuto. et Ly. in. l. non dubium. C. de legi. facit qd̄ no. Dy. in. regula fi. de regu. iur. lib. vij. pro hoc ter. in. d. l. scire. s. sufficit. vbi allegatur naturalis iustitia ad conjecturandā mentem disponentis: et illa debet presumi ratio legis. qua verisimiliter fuit motus disponentis: vt not. glo. in. l. tale pactum. ff. de pactis. sed ratio statuti deferentis lucrum soluto matrimonio viro et non vxori. non pot pot dici qd̄ sit proprieta copulam carnalē quia hec ratio reperitur pariter in vtroq̄ nō autem quo ad debitū carnale ad paria iudicatur: vt in. c. q̄to. et. c. gaudemus. de diuor. imo potius deberetur lucrū vxori. que perdidit virginitatem: que est altera dos: et multa seruitia viro impendit presertim circa sobolem vt in. l. assiduis. C. qui po. in. pi. ha. nec virginitas potest amplius restituī. xxxij. q. v. paulus: nec potest conjecturari qd̄ fuerit propter affectionē coniugalē. seu reliquias matrimonij soluti. qz hec ratio et militat in vxore: hinc est qd̄ lex nō vult valere pactum de lucro captando quin fit vtriq̄ cōiugi cōe: vt in. c. fi. de do. post di. resti. facit qd̄ habet. in aut. d. equali. do. s. hoc igitur. et in aut. sed iam necesse. C. de dona. ante nup. nō ergo pot assignari alia bona rō: nisi qz maritus sustinendo onera matrimonij incurrit multa dāna: et lz ad hec supportanda habeat dotem. vt in. c. salubriter. de vsur. et l. si cōstāte. ff. so. matr. tñ vt plurimū nō sufficiat. dos ad hec onera: quinmo tāti sunt sumptus in vestib⁹ et ornamenti⁹ q̄ dos in illis cōsumūt. Hanc rōnē posuit Bar. in. l. nō sine. palle. et Hat. in. tractatu de duob⁹ fratribus. vbi per hanc rōnē dixit notabile verbū q̄ si pater sustinuit onera matrimonij ipsius. q̄ illud lucrū. q̄ acquirit marito vigore statuti cedit patri: qz v̄t prouenire ppter bona paterna et qbus sustinet onera ipsius matrimonij. et sic vides qd̄ nō habet respectus ad copulā: alias pater nihil lucraret q̄ qdē non reperitur in casu nostro nā vt p̄supponit in casu vir durit mulierem ad domū et faciebat oēs expensas sicut solet facere maritus vxori secū cohabitati: p̄parauerat. et audio multas uestes. et multa p̄paratoria fecerat vt cū ea postea cū solita solēnitate cōiuiorū matrimonij cōsuminaret: dz ergo gaudere beneficio statuti. cū verba et mens statuti naturalis suadeant: ad idē ter. ibi ex p̄se tenuit Bal. in. l. deo nobis. C. de epi. et cleri. statutū em̄ nō requirit traditionē cū solēnitate: sz solū cōtētaſ q̄ fuerit ducta et cū ea habitauerit: qz p̄ cohabitationem sustinenſ onera matrimonij: imo plus dicit statutū: scz sufficere q̄ iuerit vir ad cohabitandū cū ea: q̄ vba sunt multū ponderanda: innūt em̄ q̄ lz non multū cohabitauerit tñ ex quo iuit aīo cū ea habitandi gaudet beneficio statuti et sic nō requirit q̄ facerit multas expēsas in ducēdo. vel comorādo: si enī maritus iuit ad

habitandū cū ea nō est opus solēni traductione et nihilominus statutū defert lucrum marito: ergo precedēs pars q̄ loquīt̄ q̄m mulier ducit ad domū mariti, vt cū eo habitet, d̄s intelligi etiā sine solēni traductiōe: cōtentat enim statutū de effectu, t̄ nō curat de mō: hec vltima cōsideratio est pfecto optima in favorem viri. nā ratio statuti d̄s esse uniformis. c. maiors. de baptismo. cū similibus. Nō obstat motiuū supra in h̄uī for matū procedit enim quando queritur de matrimonio ppter suam perfectam significationem: quo casu intelligi debet de consummato: quia tūc habet suum perfectū significatum vt in iurib⁹ ibi allegatis: secus quando fit mentio de matrimonio seu de marito t̄ uxore ad alium filio vt contingit in casu nostro: tunc enim verba accipiuntur proprie: qui non subest ratio capiendi illud strictissimum significatum. Nam cessante ratione illius strictissimi significati, debet cessare illud significatum c. cum cessante de appell. cū similibus. at in casu nostro non fit mentio de marito t̄ uxore propter significatum perfectum matrimonij: sed propter onera matrimonij: vt predixi.

Casus consilij sequentis.